



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1230. Usque Ad Annum 1248

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1764

VD18 90118049

§. 44. Mors S. Edmundi Cantuariensis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66268](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66268)

Sæcul. XIII. beneficia declarari vacua debebant, ut
A. C. 1240. mihi quidem videtur. Nemo Christiano-
 rum pecuniam Judæo committat, ut hu-
 jus opera foenus exercent.

§. XLIV.

Mors S. Edmundi Cantuariensis.

Matth. Par. Sanctum Archiepiscopum Cantuarien-
p. 476. sem gravissime commovebant mala,
 quibus Ecclesiam Anglicam indies affli-
Sup. §. 37. gi cernebat. Consensus in collectam a
 Papa petitam nullum effectum bonum
 habuerat: immo Ecclesia premebatur
 magis, & libertate, juribus, ac bonis suis
 spoliabatur. Vir sanctus collectæ per-
 missum Regi objiciens, præter dilationes
 responsum tulit nullum. Ergo dolore
 obrutus, ac pertæsus vitæ, ad exilium i-
 pse se damnavit, & in Galliam profectus,
 immutato comitatu suo in Abbatiam Pon-
 tiniacensem exemplo Sancti Thomæ an-
 tecessoris sui se contulit.

Vita c. 21.
ap. Sur.
16. Nov.

Summa reverentia exceptus, post-
 quam fedem ibi suam posuerat, lectioni,
 precibus continuis ac jejuniis sese dabat:
 libros sua scribebat manu, & interdum
 vicinis in locis de rebus divinis ad popu-
 lum dicebat. Cum paucos dies Ponti-
 niaci mansisset, abstinentia & angore
 consumptus inter æstatis calores gravem
 in morbum incidit: & ex medicorum
 consi-

Matth. Par.
p. 486.

consilio falubrius cœlum haustus, Sæcul. XIII.
A.C. 1240.
Suessium * Canonicorum Regularium A-
sceterium prope Provinum transferri vo-
luit. Abitum suum dolentes monachos * Soissy
ut solaretur, ad diem festum S. Edmun-
di Regis Anglorum & Martyris, nempe
20 Novembris se ad eos rediturum pro-
misit. Interim præter alios nuncios,
quos semper malos ex Anglia accipiebat,
omnes a se proscriptos a Legato absolu-
tos esse comperit.

Ejus morbus, qui erat dysenteria,
Suessii non remisit, sed ita invaluit, ut ul-
timum diem suum imminere sibi intelli-
geret. Tum sacram Communionem pe-
tiit, extensisque manibus magna cum fi-
ducia, *Domine!* ajebat, *tu es, in quem cre-*
didi, quem colendum, quem amandum esse
revera docui: Et tu mihi testis es, quod te
solum in terra quaesierim. Assistentes men-
te motum putabant: loquebatur enim,
ac si Christus crucifixus coram adesset.
Cœlesti refectus viatico per totum diem
tam hilari erat facie, ut ægrotare nemi-
ni videretur: paremque lætitiâ exhibe-
bat, cum extremam unctiōnem accepis-
set. Denique ad Deum excessit 16 Nov.
an. 1240. Incisum cadaver Sueffienfi-
bus relicto corde cum iliis, Pontiniacum
deferebatur, quo ipsa die S. Edmundo
Martyri sacra ex promisso S. Præfulis ad-
venit. Ad sepulchrum ejus multa fie-

B b 5 bant

Sæcul. XIII. bant miracula. Sub nomine *Saint Em*
A. C. 1240. Campaniæ notus est, quæ singulari eum
Bibl. PP. veneratione profequitur. Superest pius
Paris. to. 5. ejusdem liber quidam *Speculum Ecclesiæ*
p. 983. incriptus, & in gratiam commodumque
 monachorum Pontiniacensium compo-
 situs.

§. XLV.

Fridericus bello insistit.

Ric. S. Ger.
p. 1035.

MS. ap.
Vading.
1238. n. I.

Imperator bellum semper in Italia urgens, Faventiam oppugnabat: & mense Novembri an. 1240. Fratres Prædicatores Minoresque e Sicilia expulit, in quovis ipsorum cœnobia duobus tantum pro e- jus custodia relicta, hique ipsi in Regno nati esse debebant. Cum duo Fratres Minores Siculi e patria se sua a Friderico ejectos esse Fratri Ægydio Assisinati conquererentur, *Erratis ô boni!* repon- bat: *Fratres Minores nequeunt e patria pel- li sua, in terra nullam habentes. Quia sunt extra mundum, eorum nihil interest, quem mundi locum incolant: nullus enim datur, quem dicere suum possint: ubique illis pa- tria est. Peccastis itaque in Fridericum, quamvis vehementer deliquerit: calumniam dixistis; nam plus boni quam mali vobis at- tulit, occasionem meriti vobis præbens, nec ve- stram adimens patriam. Ita verus ille S. Francisci discipulus.*

Anno